



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui diu reticent peccata su. cxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

misit, quanto tempore hospitibus humanitatem denegauerat, & mandata euangelica iuxta possibilitatem suam non adimpleuerat, nec pedes lauabat, nec eleemosynam fecerat, tanto tempore pleniter in pane & aqua, si non emendet, pœniteat.

Ut clerici superflua pauperibus erogent.

Caput CXVI.

Clericus habens superflua, donet ea pauperibus. Sin Ex eodē,
autem, post pœniteat tempore quo uiuat, in contri-
tione, in pœnitentia remotus uiuat.

De illo qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi prius seorsum eum arguerit. Cap. CXVII.

Qui peccatum imputando fratri imponit, prius- Ex eodē,
quam seorsum arguat eum, satisfaciens ei, tres dies
pœniteat.

De illis qui diu reticent peccata sua. Cap. CXVIII.

Sciendum verò est, quanto quis tēpore moratur in pec- Ex pœni-
catis, tanto ei augenda est pœnitentia. tētiā Be-
da pres-
byteri.

De illis qui aliquem in ira percusserint.

Caput CXIX.

Siquis alium per iram percusserit, & sanguinem effude- Ex cōcil.
rit: si laicus est, XX. dies pœniteat: clericus, XXX. Illi Rotoma.
autem qui gradum habent, amplius pelli debent. Diaconus cap. 9.
sex menses. Presbyter vnum annum. Episcopus duos annos
& sex menses.

*De illis qui ad feriendum hominem surrexerint, vo-
lentes eum occidere, sed non potuerunt.*

Caput CXX.

Qui ad feriendum hominem surrexerit, volens eum Ex pœni-
occidere tres hebdomadas pœniteat. Si clericus fue- tentiā i
rit, sex menses: quòd etsi vulnerauerit, XL. dies. Si clericus Romano.
clericum, annum totum, sed & pecuniam pro modo vul-
neris cui inflixit, tribuat.

*De illis qui reticuerint peccatum fratris quod est
ad mortem. Cap. CXXI.*

Qui reticuerit delictum fratris quod est vsq; ad mor- Ex pœni-
tē, neq; eū corripuerit, iuxta regulā euangelicā, pri- tentiā
mò inter se, & ipsum solū, deinde inter alios, de Theodo.